Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

nauerunt contra sanctam ciuitatem et contra nos.
Nam cum in perside esset dux ipse. et cum eo in-
mensus exercitus cecidit in templo nanee
consilio deceptus sacerdotis nanee. Et enim
cum ea in ea habitaturus uenit antyochus ad
locum et amici eius. ut acciperet multas pe-
cunias dotis nomine. Tu. Cumque proposuis-
sent pecunias sacerdotes nanee. et ipse dux
cum paucis esset ingressus. intra ambitum
fani. clauserunt templum cum intrasset antyochus.
apertoque occulto aditu templi mittentes
lapides percusserunt ducem et qui cum eo erant.
diuidentes membratim amputatisque capi-
tibus foras proiecerunt. Benedictus deus per omnia
qui tradidit impios. Tu. Responsorium. ij. Lectio.
Facturi igitur quinta et uicesima mensis
casleu purificationem templi necessa-
rium duximus significare uobis. ut uos quoque
agatis diem cenophegie. et diem ignis
qui datus est quando neemias edificato tem-
plo et altari obtulit sacrificia. Tu autem.